


PAGVS AVENTICVS,

vulgò

Wiflispurger-gow.



GER Helveticus in quatuor pagos dividitur, quos Helvetii Gow vocant, voce Germanica, quæ regionem vel pagum significat, suntq; hæ; Zurichgow, Wiflispurger-gow/ Argow, & Turgow. Wiflispurgergo-
via nomen habet ab oppido Wiflispurg/ quod olim Aventicum dicebatur, caput & metropoli Helvetiorum, tempore Iulii Cæsar. Sabaudiaæ limitibus continetur, licet sub Imperio sit Bernatum & Friburgensium. Ab Occidente Iuram montem habet, à Septentrione lacum Neocomensem & Biensem, ab Oriente lacum Thunensem, à Meridie lacum Lemannum. Ce-
terum exhibet præsens tabula Bernatum pa-
gum & Friburgi juxta. Bernates à Berna no-
men habent. Situs ejus optimus amoenissimus
que est, cultus laudabilis, mores ad omnem hu-
manitatem compositi, leges ac reipublicæ insti-
tuta æquissima, robur ac potentia insignis. An-
tiquitate tamen cum aliis urbibus non con-
derit. De ejus ortu hæc traduntur: nempe Berchtoldum quandam Zuringiaæ Ducem, hu-
jus nominis quartum, construxisse duo Fribur-
ga, hoc est, libera castella, unum scilicet in Bris-
goja, & alterum in Vchtlandia. Atque idem proponuerat & aliam exstruere urbem, in eo lo-
co, qui Saccus vocabatur, quem tunc querina
silva ambiebat. Cumque forte venatum esset
prœfetus, nomen, inquit, urbi condendæ im-
ponam à feræ nomine, quæ primum nobis oc-
curret, & in prædam cedet. Ceperunt autem
Vrsum, quem Bern vocant Germani. Silva ve-
ro omnis in structuram cessit. Vnde operarii
dixisse feruntur; *Arbores finite ut secemini, quoniam civitas ista vocabitur Bern.* Veluti in peninsula ja-
cet, quam undequaque pene ambit Arora flu-
vius. Ceterum Berchtoldus iste antequam coe-
ptam à se condi civitatem absolvisset, obiit, re-
lieta consummandi operis cura filio Berchtoldo V, & ultimo Duci Zuringensi. Qui ex uxo-
re, filia Comitis de Kiburg, duos filios genuit,
à nobilibus veneno sublatos, quod suspicaren-
tur civitatem exstructam, cogendis in servitu-
tem nobilibus.

Præfecturæ Bernatum aliæ sunt Germanicæ,
aliæ Gallicæ. Inter has est Lausanna civitas Epi-
Germania.

*Limits.**Bernates.
Berna.**Præfecturæ
Bernati-
num.*

scopalis: situ spectatur mirabilis; occupat enim duos oppositos colles & intermedium vallem, ita ut hinc inde adscendens, descendat sui me-
dio. In colle Septentrionali habitant Canonici,
& Cathedralis Ecclesia conspicitur: at ex ad-
verso colle descendit ad lacum usq; Lemannum. Forum in valle est. Post obitum Caroli
Burgundiæ Ducis, redemta à Sabaudiaæ Princi-
pibus Lausanna, cives arctius juncti fuerunt
Bernatibus, usque ad annum 1536, quo Lausanna
tota Bernatum facta est. Reliquæ Præfe-
cturæ Germanicæ sunt numero 31, quarum
quatuor suburbanæ. Sunt autem, Hasli, Vnder-
feuwen, Simmia vallis, superior & inferior, Fru-
tingen, Sana, Aelen, Thun, Louppen, Signaw,
Drachselwald, Emmae fluvii vallis, Brandis, Si-
comiswald, Burgdorff, Bierenech, Landshuot,
Arberg, Nidow, Erlach, Bippium, Wangen,
Arwangen, Arburg, Biberstein, Schenkenberg,
Lentzburg. Insuper tria libera oppida in pago
Verbigeno Bernæ subsunt, Zoffingen, Araw, &
Bruck. Coenobiorum præfecturæ novem, qua-
rum sex civilem quoque jurisdictionem habent.
Gallicæ octo, quæ sunt Aventicum, Wiflispurg,
nunc Avances Gallis; Minnidunum, Movilden,
Yverdon, Morges, Novidunum, Nyon, Oron,
Zilia cum Vibisco, seu Vivey: nec non tres
Coenobiorum præfecturæ.

Friburgensium Præfecturæ sunt Morten, *Fribur-*
gum: Schwartzenburg, Granson, Chalon, sive Scher-
lin. His alternis vicibus modo Bernates, modo
Friburgenses præfectos constituunt. Friburgum
civitas apud Nicitones sita in Vchtlandia, ad
Sanam fluvium, conditorem habuit Berchtol-
dum I V Zuringensium Ducem, qui eam ex-
struxit aliquot ante Bernam conditam annis.
Regnante siquidem Lothario Guilielmus Vcht-
landiaæ Comes è vivis excessit, quo tempore
Vchtlandiam Conrado Principi Zuringensi
commisit Lotharius Imperator. Eo mortuo in
imperio successit filius Berchtoldus ejus nomi-
nis I V. Is utriusque Friburgi, Brisgojæ & Vcht-
landiaæ fundamenta posuit, concessis amplissi-
mis privilegiis ac immunitatibus. Nec minore
benevolentia eandem urbem foverunt subse-
quentes Imperatores. Anno vero à nato Chri-
sto 1218, Berchtoldo V Zuringensium Duce è
vivis sublati, Friburgum Vchtlandiaæ salvis pri-
vilegiis ad Comites Kiburgenses devenit. Post-
ea Eberhardus Comes Habsburgensis istius ur-
bis habenas tenuit. qui anno 1270 Regi Ru-
dolphi

S f f